



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Archi-||dioeceseos || Colonien-||sis Descriptio || Historica

Henriquez a Strevesdorff, Martinus

Coloniæ Agrippinæ, 1652

Ordo Civitatvm. Magistratus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12065

ARCHID. COLON. STATUS IV.



ORDO CIVITATVM.

MAGISTRATUS.

GRande Magistratus etymon nomenq; Magister
Prabet, & ille velut Princeps Curator habetur
Inspectorq; suas qui res quascunq; tuerit:
Iamq; potestatem quâ se res publica fulcit,
Et jam Personam notat hac, qua celsa ministrat
Iura Potestatis sublimior ordine prisca;
Inde Magistratus majorque minorque putatur
Ex aliquo alius dependet, ut ampla Potestas
Est magis atque minus. Pristantia Iudicis, atque
Iudicij ipsius Maiestas (omne sub uno
Complecti lubuit) certis monstratur ab ipso.
Numine Portentis signis ac legibus, illas
Namque Deus primum tulit, has exercuit Author,
Primus, ab humana post conditione statuque,
Congressaque simul, fuit ipsas esse necessum:
Idque gerendarum per se communio rerum,
Exortalites, causarumque ardua moles
Ac quasi plenus ager tribulis, corruptio Iurie
Nefieret, dudum volvere; quod imbibit olim

Quintilianus.

Quintilianus ait sic namque antiquitus Author.
Ecce, Magistratus legesque capescimus illas,
Ne vindex sit quisque sui, ratione viaque
Iustitia recta. Monet hinc, persuadet, & urget
Justinianus, * ut ad munus tam nobile, dici
Quale Magistratus debet de jure creentur
Praeclaritalesque Viri, castissima quorum
Vita, animus recti studiosus & integrum est
Incorrupta fides simulandi nescia, pravo
Libera ab affectu, privatis libera curis.

Quaritur hinc an sit consultius, esse perennem.
Anne Magistratum certo sub limine, certis
Temporibus circumscripum, magis utile? quondam
Iura Magistratus Romanorum annua stabunt.
Ad tempus Dictator erat, Consulque regebat
Ad tempus: summum meruit Traianus honorem,
Plinius hoc memorat, quod Consiliarius olli
Perpetuus fuerit, fuerit quoque Scriba perennie
In Democratia, concludimus ergo, statuto
Esse Magistratum succinctum tempore, summa
Utilitate bono, subiectorumque Salute;
Perpetuum sortitur Aristocratis munus,
Quando Monarcha regit, nisi Res- & publica quecumque
Commoda depositant aliud. dixisse sat esto
Illa Magistratus de nomine pauca, placebit
Nunc recto calami specialia tangere cursu.

*l. 6 C. 10.

